Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



69

In sanctitate et iustitia coram ipo omnibus diebus nris Et
tu puer ppha altissimi uocaberis ꝑibis enim ante faciem
parare uias eius Ad dandam scientiam salutis plebi eius
in remissionem pccorum eorum Per uiscera misericordie dei nri in quibus
uisitauit nos oriens ex alto Illuminare his qui in tenebris
et in umbra mortis sedet ad dirigendos pedes nros in uiam
pacis Gloria p. Canticum Marie ypo. Luce 1° ca°.
Magnificat anima mea dnm Et exultauit spiritus meus
in deo salutari meo Quia respexit humilitatem an
cille sue ecce enim ex hoc beatam me dicent omes generationes
Quia fecit michi magna qui potens est et sanctum nomen
eius Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum
Fecit potentiam in brachio suo dispersit superbos mente
cordis sui Deposuit potentes de sede et exaltauit
humiles Esurientes implauit bonis et diuites dimi
sit inanes Suscepit israel puerum suum recordatus misericordie
sue Sicut locutus est ad patres nros Abraham et semini
eius in secula Gloria. Canticum Symeonis Luce 2°
Nunc dimittis seruum tuum dne secundum uerbum tuum in
pace Quia uiderunt oculi mei salutare tuum Quod
parasti ante faciem omnium populorum Lumen ad reuelationem
gentium et gloriam plebis tue israel Gloria p. Oro dominus.
Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum Adue
niat regnum tuum Fiat uoluntas tua sicut in celo et in
terra Panem nrm cotidianum da nobis hodie Et dimitte
nobis debita nra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris
Et ne nos inducas in temptationem Sed libera nos a malo. A.
Credo in deum patrem omnipotentem Simbolum apostolorum
creatorem celi et terre Et in ihm xpm filium eius unicum
dnm nrm Qui natus est de spiritu sancto natus ex maria virgine
Passus sub pontio pylato crucifixus mortuus et se